

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Jn hoc opere haec cōtinentur || Noua translatio primi libri
geographiae C#[I].Ptolomaei: ... || Ioanne Venero
Nurenberge.~ interprete.|| In eundem primum librum ...
argumēta ... || & annotationes ...**

Ptolemaeus, Claudius

Nürnberg, 1514

Reuerendiss. dno & illustriss. principi dno Matheo [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-248672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248672)

Reuerendiss. dño & Illustriss. principi dño Mathæo tituli sancti angeli
diacono cardinali Gurceñ. Imperialis Maiestatis per Italiam locūtes
nenti generali &c. Ioannes Verner perpetuam felicitatem.


lentissimū id reor officii genus: Antistes reuerendiss. Illustriss. princeps: bonarū artium
opuscula: quæ in abstrusis bibliothecarū angulis: puluerulento cōspersa s̄tu diu latuerāt
ppensius inquirere: atq; pro viribus curare: vt ea p̄ ingenti studentū p̄fectū in lucē pro-
deant. Isto nāq; modo auctoꝝ immortalitati cōsulit plurimū: & præclara quædā liberaliū cōmē-
ra artū ab interitu ac obliuionis iniuria vendicant. Atq; studiosissimis quibusq; cumulatissima li-
beralium præstant scientiæ incrementa. Hoc itaq; officii genere: cunctis de l̄sis nostra hac ætate:
Ioannē Stabium dñi nostri Imperatoris diui Maximiliani geographū historiographūq; p̄fecto li-
quet optime mereri: qui Germaniæ plerasq; perlustrans librarías: haud modica bonarū opuscula
artū: & ea quidē vtilissima: carie tineisq; pene cōsumpta: suis etiā fere cōsepulta auctoꝝ inuesti-
gavit. Ipsius etiā amātissimis monitis excitatus: primū geographiæ Cl. Ptole. librū a me enarratū
interpretatūq; ac celsitudini tuæ Maxime præsul dedicatū ad aspectus deprōpsi publicos. potissi-
mū veritus: ne idem lucubrationib; forte meis accidere posset: quod Ioānis de regiōmōte opuscu-
lis video cōtigisse. Hic relictæ a se chartaceæ suppellectilis accipere successorē meruit virū quendā
latine græceq; iuxta eruditū: sed dum in humanis ageret: melancolico vsq; adeo spiritu circūsesum:
vt libros eiusdem Ioānis & opera: nō solum nemini cōmunicaret: verū suis arcibus & pluteis arētissi-
me clausos custoditosq; ne conspici quidē pmitteret. Idē ante decennium vita functus: eandē librōꝝ
operūq; possessionē: suis cōmēdauit fidei cōmissariis & tutoribus: litterarū omniū certe expertib;
hi siue pestilenti inuidiæ lue: siue nimia ducti cupiditate: qđ eadem opera & libros sperarēt magno
distrahi posse precio: suis abditissimis reconditos scriniis: demoliēdi teredinibus blaptisq; haud mi-
ni mū p̄fecto compararūt laborem. Et quod absq; ingenti mentis angore reminisci dicereq; ne-
queo: eximia quædā & astronomica organa: quæ ipse Ioannes de regiōmōte: magnis sumptibus
immensoq; labore: ex aurichalco suis elaborauit fabrefecitq; manib;: prohdolor malleis contusa p̄
ære vendita fuere caldario. Nemo igit̄ erit oim: qui cum hanc: vel audiuerit: aut legerit litterarum
studiorūq; iacturā: nō vehemēter doleat. Id tñ nos tum maxime cōsolari quibit: qđ idem Ioannes
de regiōmōte lucubrationes suas: quarū æditionē indice in publicis gymnasiis ac palestris litterarū
riis emissio fuerat pollicitus: semiplenas mutilasq; reliquit. Præsertim geographiæ Cl. Ptole. nouā
interpretationē: atq; eiusdem geographiæ primi libri cōmentationē: quā ego ex integro compos-
nens: vt præfatus fuerā: compleui & didi. Deniq; libros quinq; de sphæricis om̄imodisq; triangu-
lis a se tumultuarie nulloq; recto ordine seruato: velut in prima rerum inuētionē fieri solet: perscri-
ptos: constat morte preuentū imperfectos reliquisse: neq; aliis plerisq; opusculis a se inchoatis: ob
inmaturū sui obitū vltimā imposuisse manū. vt ex eorundē inuentario apertius licet cernere: quæ
si imp̄fecta ac mutila in publicum nunc p̄ferant: nescio an studiosis forte magis obesse possent quā
prodesse. Sed redeo ad Ioannē Stabium mei amātissimū: qui græcoꝝ inuentis mirū in modū affi-
citur. Is mihi iam pridem obtulerat: de his quæ geographiæ debent adesse opusculū cuiusdā Anti-
rucii Constantinopolitani: hoc ferme œuo recenter cōpositū: & in latinā paulo post linguā a quo-
dam vtriusq; linguæ: haud mediocriter perito traductum. Monuit insup iussitq; vt idem opusculū
deterlis ei mendis: aliquot etiā adiectis appendicibus redderē lucidius. Hæc itaq; iussa monitaq; ad
ingenioli mei mensurā libētius impleui. prop̄sius em̄ dedi operā: vt quæcūq; græcus ille vir cras-
siore: vt aiunt: miuerua tractauerat ad calculū reuocata conarer altius repetere. Nam in eodē opu-
sculo: nōnulla reperiunt̄ assumpta: quæ a vero haud parū discrepare vident̄. videlicet qđ recta æq̄
toris subtendens sectionē æqualem dato subiecti paralleli segmento: sit æqualis rectæ subtendenti
ipsum eiusdem paralleli segmentū. Deinde qđ duæ rectæ: quarū altera viatorā datoꝝ interapedis
nem locoꝝ: altera diuersitatē subtendit latitudinalē: angulū cōtinent æqualem positionis angulo.
Et quædam alia quæ veritati aliquatenus repugnant: gratia breuitatis hic recensere prætermitto:
quæ geometricis deinceps demōstrationibus fient perspicua. Græco tamen auctoꝝ: ea non sunt:
vsq; adeo imputanda: qui animū suum: veluti conicio: circa modica tantū agitauit interualla. Pro-
spiciens em̄ ad operis compendū cōtentus fuit p̄positi scientiā de propinquo venari. Iccirco satis
suo credidit voto fecisse. Quædam deniq; proposita per data more prisco auctoꝝ molitur ostendere
qua de re huic opusculo accidit etiam paulo esse obscuriori. Nō em̄ quodcūq; datū est id cōtinuo
existit cognitū. Quāuis ecōtra notum om̄e: datum. sicut in protheoria datoꝝ Eucli. Marinus ostē-
dit. Ego demum subiectis appēdicibus eorundē veritatē problematū: ni fallar: sic feci perspicuam:
vt de ipsa nihil super sit: quod a cupido valeat lectore desiderari. Hoc deniq; Amirucii Cōstantinoꝝ

politani opusculū a me fideliter recogniti: atq; ipsi? appēdices Reuerēdissime dñe & Illustriss. prin-
ceps: celitudini tuæ deuotissime dedico suppliciter orans ne eiusdem opusculi exilitatem: ipsiusq;
appendices p ingenii modulo: a me vtcunq; lucubratas aspernari velit: hæc ipsa deinde patiat sui
nominis suffulta præsidio ac auctoritate quæ p Germaniā haud mediocri existit publica quoq;
donari lucæ: vt cunctis geographiæ studiosis: nedum ingentem afferant cōmoditatē: verumetiam
maximæ existant voluptati. Vale Germanorū antistitum decus ac ornamentū maximū. Ex Nu-
renberga anno nostræ salutis Millesimoquingentesimodecimoquarto.

De his quæ geographiæ adesse debent Georgij Amirūcii opusculum.

Voniā necessariū quidem est scienter de terræ situ scribēti cognoscere circūferentiā: quæ
q inter duo puncta fm verticem locorū datorum in geographia quāta sit fm propriū circū-
lum: quanta videlicet pars eius sit & fm maximū. hinc em distantia cum terræ totius tum
partium fm mensuras ex positioe capiunt: quod ad geographiā manifeste pertinet. Hoc aut non
licet vbiq; capere ab ipsa geographica tabula: sed earum sane quæ sub eodē parallelo sūt quātas
interiacētis circūferētiæ circuli per ipsas scripti fm ppriū circulū dat solūmodo. De his vero quæ
sub aliis parallelis & meridianis sunt nihil penitus illic determinatū est: vnde nam quātas ipsius ca-
pi possit neutro modo. Prætermissa aut sunt vt quæ ex mathematica compositione capi possit. ver-
rūtāmē sine methodo: hæc accipi non facile possunt: nec a quolibet volente: existimaui oportere
methodū quandā de his ex disciplinis ædere vt liceat prompte quæsitum inuenire. Hæc autē utilis-
tas ex hac methodo emergit: vt non solum domi sedentes ciuitates omēs inueniamus quantū tam
inuiçē quā ab extremis habitabilis finib?: tam fm lōgitudinē q̄ fm latitudinē distent. Sed etiā vt ad
imperatorias actiones audacia quædā cum prudentia acquirat. Etem ignoratio locorū in quibus
imperatorias actiones fiunt metum inducit ac tarditatē: experientia autem & cognitio fiduciam &
promptitudinē ad agendū. Quibus igit vita in armis ob gloriam & laus ex tropicis præ cæteris in
precio est vtile esset vtiq; hanc tenere. Necessē est igitur data loca quorū interiacens fm verticē pun-
ctorum quærit circūferētiā: aut sub eodem quidē esse meridiano: sub aliis aut parallelis aut sub eo-
dem parallelo sub aliisq; meridianis: aut neq; sub eodem meridiano neq; sub eodē parallelo sed sub
aliis. Si igit sub eodē quidē sint meridiano sub aliis aut parallelis fm latitudinē solūmodo sit distā-
tia & querit interiacens fm verticem ipsius punctoꝝ meridiani circūferētiā quāta sit. Hoc aut dat-
tum est ab Ptolemæo tam p geographicā tabulā quā per regulā ciuitatū. Item per methodū ex qua
elevatione poli accipit. Licet aut id ipsum accipe & per astrolabū & per alia quibus cōsueuimus in-
strumenta. Si vero sub eodē quidem parallelo sint: sub aliis aut meridianis perspicuū est qd fm lon-
gitudinē sit distantia & q̄ritur interiacens fm verticem punctoꝝ p ipsa descripti paralleli circūferē-
tiā quāta est. Scdm propriū igitur circulū ipsa quoq; data est. hoc est. quot partium proprii circuli
existit: nō tñ fm maximū. vnde sane quātatē ipsius etiā fm mensuras ex positione licuisset accipe-
qm pars paralleli non est æqlis meridiani: excepto maximo parallelo. Reliquorū vero singulorū
neq; meridiani parti æqlis est: neq; aliorum singulorū: excepto illo qui æqliter distat ab æquōctiali
Opus est igit methodo ex q̄ differentiā in singulis parallelis venabimur. Primū igit de hoc ipso
considerandū: vnde nam data circūferētiæ cuiusq; paralleli quantitas fm maximū circulum capi
possit. Quoniā vero pars alicui? q̄ritur q̄ta possit esse pars alterius: primū vtiq; q̄rendū sit: de toto
ipso quā rationē habet fm magnitudinē ad qd pars eius comparat. Prius em est ratioe totū parte
& definitur quodammodo pars toto: quemadmodū & acutus recto. Hac autem re cognita perspi-
cua erit etiam quantitas data circūferētiæ secundum maximum circulum.

Prout em totum se habet ad totū: sic necessario & pars se habet ad similem partem.
Qd ita demonstrat Si duæ magnitudines æqliter diuidant: sint aut segmēta æqlia
inuiçem in vtrāq; vt est totum ad totū sic pars ad partem. Sint em duæ magnitudi-
nes a b. c d. & diuidant æqliter a b. in. a e. e f. f b. æquales inuiçē: c d. aut in. c h. h g.
g d. has quoq; inuiçem æqlis dico quod est vt a b. ad c d. sic a e. ad c h. & relq; ad re-
liquas. Qm em æquales numero diuisæ sunt ad a b. c d. Quotuplū ergo est a b. ad
a e. totuplum est etiam c d. ad c h. Rationē igit habet quā a b. ad a e. eam c d. ad c h.
Permutatim ergo vt a b. ad c d. sic a e. ad c h. Idē aut dicere licet etiā in reliq;. Si er-
go duæ magnitudines æqualiter diuidant fm dictā determinationē: vt totū ad to-
tum: sic pars ad partem. Perspicuū igitur est quod vt se habet parallelus ad meridia-
num fm magnitudinē: sic habet etiam data circūferētiā eius ad similem illius: & cō-
sequēter etiam distantia ad distantia quā in terra cōtinent. Quare necesse est ad
meridianū cuiusq; paralleli rationē scire is qui vbiq; distantia terræ fm positionis mēsuras cogni-



i ii